



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

cap. 8. De virtute Iustitiæ vindicativa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Seneca.

esse continua. Primò, in memoriâ: quia, ut omni
 observat Seneca: *Sicut beneficium datum debetur oblitum,
 ita acceptum memoria.* Secundò, in intellectu, magis
 æstimando beneficia. Tertiò, in voluntate: amodo
 infinitam bonitatem & benevolentiam, pones
 omnium gratiarum fontem. Quarta, in veritate, lau-
 dando, & deprecando Deum per gratiarum actionem.
 Quinta, in opere, debita & grata eidem exhibendo
 obsequia, fugiendo omnem speciem ingrati-
 tudinis, quæ exsiccat fontem Divinæ Misericordie
 nam, secundum S. Augustinum supra citatum, *Nemo est
 dignus dandis, qui non est gratus dantis.*

Tit. 5. 8. 1.
Isa. 51.

Ulteriùs ad sanctum hoc exercitium nos animare
 stimulare debemus: quia per hoc similes nos reddimus
 Beatis in cælo. *Opus istud (scilicet Gratiarum
 actionis) inquit S. Antonius, exercitium est Beatorum
 Patria. Gaudium & lætitia invenitur in eâ: gratiarum
 actio, & vox laudis.*

Eadem Gratitude virtute gratos etiam nos co-
 hibere debemus ipsis Sanctis, Sanctorumque Re-
 gine, quæ mediante omnia à Deo beneficia ad
 nos descendunt, & ipsis etiam hominibus nostris
 benefactoribus; sed propter Deum, in quantum illi
 Divinæ Bonitatis ac Misericordie erga nos sunt in-
 strumenta.

CAP. VIII.

De Virtute Iustitiæ Vindicativæ.

2. 2. 9. 108. 1.
A. 1. in corp.

Quemadmodum virtus Gratitude est reddere
 boni pro bono: ita virtus Iustitiæ vindicativæ
 aut Punitivæ est reddere mali pro malo. Non
 propter affectum & desiderium mali: nam inferre ma-
 lum proximo, in quantum est malum proximo, est
 bonum proprium, est actus Odij contra Charritatem
 & est vinci à malo, prohibuitur ab Apostolo: *Noli
 vinci à malo, sed vince in bono malum.* Sed potest pro-
 vincere in bono.

Rom. 13.

terri malum, quando redundat in bonum ejusdem, ut aliorum, castigando peccatum proximi propter bonos fines, puta, propter emendationem, quietem publicam, manifestationem Justitiæ Dei. Unde sentitur, ut bene advertit Cajetanus, quod *Reddere malum pro malo ut sic, nunquam est licitum*: (quia est contra Charitatem, ad quam spectat cunctis benedictio) sed *Reddere malum pro malo emendative, est licitum. Et est actus virtutis.*

Altera quædam requiritur conditio, ut actus puniendi castigandi sit licitus: nimirum, ut fiat à persona publica à superiori Ecclesiastico, vel temporali. Unde, si fiat à persona privata, non erit virtutis actus: sed vitium vitium ab Apostolo: *Non vosmetipsos defendite, Charissimi, sed date locum ire: scriptum est enim: Mihi vindicta: ego retribuam*. Ratio est, quia ad infligendam poenam requiritur potestas coactiva, & coercitiva, quæ solum reperitur in Superiori.

Actus virtutis hujus duplex est: primus, vindictæ de illata injuria, Superiorum, ad quos spectat, interveniente impetio & suffragio: secundus, defendende. Quò ad primum actum, habemus consilium Chrysostomi: *Discamus exemplo Christi nostras injurias magnanimiter sustinere: Dei autem injurias, nec audium sufferre*. Hic est mos & consuetudo Sanctorum, ut proprias remittant injurias, at offensas Dei & Ecclesiæ acriter castigent & puniant: veluti beatus Sylvester Papa, qui eos, à quibus in exilium potius & relegatus fuerat, punivit & castigavit. Et merito: quia cum quis desiderat vindictam propter injurias privatas, tamen ea fiat cum debito modo, cum tamen virtutis datur exemplum, magna virtus amoris proprii adest indicium, uti & periculum ipsi proximi. Verum è contra in remittendo injurias exhibetur actus perfectissimæ Charitatis Dei & proximi, elucet Christi imitatio, & optimum aliis datur exemplum, à periculo amoris proprii, odiique ipsius proximi remotissimum. Quò ad secundum actum, licitum est, defendere seipsum, quia non est se vindicare; sed impedire & frenare injuriam.

See

S. Antonin. Sed si excederet modum in defendendo, peccaret: unde
Tit. 5. c. 13. lege Dei, sicut injusta vindicatio prohibetur, ita ipsa
§. 1. S. Tho. defensio permittitur.

3. Causa punitionis ex parte Superioris debet esse
 Charitas & Zelus emendationis Subditi. Causa ex
 parte Subditi semper est culpa: quia poena, ut poena
a. 2. ad 2. non debetur nisi culpa; sed si poena consideretur, in qua
 est medicina, non solum sanativa peccati praeteriti,
 sed etiam praeservativa à peccato futuro, vel etiam pro
 motiva in aliquod bonum, secundum hoc aliquando
 dùm punitur sine culpa, non tamen sine causa. Puni-
 ratione saepenumero mittuntur nobis tribulationes à
 Deo ad humiliationem, vel probationem, non ut emen-
 curet à peccatis praeteritis; sed ut praeservet nos à futu-
 ris, nobisque suppeditet merendi occasionem: pro-
 vando nos aliquo bono temporali, propter majus bo-
 num spirituale.

Effectus hujus virtutis, ut ordo conservetur corre-
 ptiens, est, ut, quantum peccans propriae credidit de se
 descendit voluntati, tantum patiatur contra illam
Apoc. 18. Quantum in deliciis fuit, tantum date illi tormentum
 luctum.

4. Vitia virtuti huic contraria sunt: per excessum,
 Crudelitas: per defectum, Remissio, aut Negligentia.
 Verum respectu Dei non datur excessus Justitiae, quia
a. 2. ad 2. dō unum punit in temporalibus, propter peccatum
 terius, V. g. filium propter patrem: quia Deus est
a. 4. ad 1. Dominus omnium, & filius est pars patris: unde poena
 filij redundat in poenam patris, quod intelligendum est
 quantum ad poenam corporis: siquidem, quo ad ani-
 mam, & bona spiritualia, nullus patitur pro ali-
 cum quilibet, quantum ad animam, sic liber in seipso
 & independens ab aliis. Aliam adhuc subjungit ratio-
 nem D. Thomas, nimirum, quia omnes unum sunt
 corpus propter vinculum Charitatis, & unus debet pro
 alio sollicitus esse, ne peccet, & ne is etiam propter
 alium puniatur.

5. Modus exercendi hanc virtutem, juxta doctrinam
 Apostoli, consistit in eo, ne quis se violenter debeat
 ad propriam pertinentibus personam; sed totum cor
 mittat

irtat Domino Deo : *Non vosmetipsos defendite, charissimi, sed date locum ira, aut vindictæ Dei, ipse enim iram suscipiet causam est defensionem.* Quæ de-
 benio, quàm magna & proficua nobis sit, exponit Ter-
 tianus hisce verbis; *Si injuriam deposueris apud Deum, tu eris: si damnum, Restitutor est; si dolorem, Medicus est; si mortem, Resuscitator est.*

Non tantum non debemus nos vindicare de injuriis; sed reddere laudem pro contumeliâ, benedictionem pro maledictione, beneficium pro malefico. Hæc semper sancti profectio: *Nolle vinci à malo sed vincere bono malum: non solum non reddere malum pro malo; sed reddere bonum pro malo.*

Neque ad perfectionem sufficit reddere bonum pro malo; sed oportet superare bono malum, quod est vincere in bono malum, efficiendo, nimirum, ut beneficium, pro reddatur, longè excedat malum quodcumque receperim: cum hoc agnoscendo & contemplando malefactorum, tanquam nostrum benefactorem, qui capiti nostro imponit coronam æternæ gloriæ. Enim verò lex palæstræ Mundi contraria est legi palæstræ Christi: in qua, qui vincit coronatur, qui expugnat, occiditque vincitur, victoriam obtinet, & recipit palmam: in hac, qui perdit coronatur, occisus victor evadit, & recipit palmam, juxta illud, quod dicitur de Christo: *Dignus Apoc. c. 5. Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, Divinitatem, sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.*

CAP. IX.

De Virtute Veritatis, seu Veracitatis.

Veritas, secundum S. Thomam, est dictum *2. 2. q. 109. juxta mentem, seu vera vocis significatio, quando quis linguâ loquitur juxta mentis dictamen. 110. 111. 112. 113. Et*